

*Fil. Gr.*

*L. 116.*

# Programm

des

**Friedrich-Wilhelms-Gymnasiums**  
*zu Königsberg in der Neumark,*

mit welchem zur

öffentlichen

# Prüfung der Schüler

am 13. März

im Namen des Lehrer-Collegiums ergebenst einladet


*der Director*

**Dr. C. W. NAUCK.**

---

## **I n h a l t :**

- 1) De primo stasmo Agamemnonis Aeschyleae, von Dr. Boeger,
- 2) Schulnachrichten, vom Director.



---

*Königsberg i. d. N. 1856.*

Druck von J. G. Striese.



~~275~~

## *De primo stasimo Agamemnonis Aeschyleae.*

**P**ostquam in prologo Agamemnonis Aeschyleae (vv. 1—39. ed. Dind.) speculatori nocturno in Atridarum palatio excubanti laetus Trojae captae nuntius allatus est et in parodo (vv. 40—263.) senes sacris tota urbe incensis exciti de Clytaemnestra e regni aedibus egressa sacrisque in scena faciendis occupata causam publicae laetitiae quaesiverunt, atque regina senibus in proximo diverbio (vv. 264—354.) splendida oratione respondit, qua via Trojae captae nuntius per accensas lignorum strues Argos pervenisset, — chorus jam, dum Clytaemnestra de scena abit, (post v. 354.) pro felici Achivorum reditu deos precibus invocaturus, prooemio anapaestico praemisso, primum stasimum inde a v. 355 usque ad v. 487 decantat ita:

- v. 355. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ καὶ νύξ φίλια  
μεγάλων κόσμων κτεάτειρα  
ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες  
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν  
μήτ' οὖν νεαρῶν τι ὑπερτελέσαι
360. μέγα δουλείας  
γάγγαμον ἄτης παναλώτου.  
Λία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι  
τὸν τάδε πράξαντ', ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ  
τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἄν
365. μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄστρον  
βέλος ἠλλίθιον σκῆπτειν.

O Juppiter rex et nox amica,  
magnorum ornamentorum para-  
trix, quae in Trojae turres ir-  
ruens rete iniecisti, ut nec ma-  
jorum neque (igitur) adolescen-  
tium quisquam magnum servitutis  
rete noxae omnia decipientis  
transiliret! Jovem proinde maxi-  
mum hospitem veneror, qui  
haec fecerit, in Alexandrum ar-  
cum pridem tendentem, ut neque  
ante metam neque trans sidera  
telum fixum sit irritum.

στρ. α΄.

Διὸς πлагάν ἔχουσιν εἰπεῖν,  
πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιγνεῦσαι.<sup>1)</sup>  
ἔπραξεν ὡς ἔκραεν.<sup>2)</sup> οὐκ ἔφα τις

370. θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν  
ὄσοις ἀθίκτων χάρις

\* πατοῖθ' ὃ δ' οὐκ εὖσεβής.  
πέφανται δ' εἰς γόνους<sup>3)</sup>

375. ἀτολήτων ἄρη  
πνεόντων μείζον ἢ δικαίως,  
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ  
ὑπὲρ τὸ βέλτιστον ἔστω δ' ἀπήμαντον ὥστε κάπ-  
αρκεῖν<sup>4)</sup>

380. εὐπραπίδων λαχόντα.  
οὐ γὰρ ἔστιν ἐπαλξίς  
πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρῶν  
λακτίσαντι μέγαν Λικας βωμόν εἰς ἀφάνειαν.

ἀντ. α΄.

385. βιάται δ' ἅ τάλαινα πειθῶ,  
προβουλόπαις ἀφερτος ἄταξ.  
ἄκος δὲ παμμάταιον οὐκ ἐκρύφθη,  
πρέπει δέ, φῶς αἰνόλαμπές, σίτος

390. κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον  
τριβῶ τε καὶ προσβολαῖς  
μελαμπαγῆς πέλει  
δικαιωθεῖς, ἐπεὶ

διώκει παῖς ποταμὸν ὄρνιν,

395. πόλει πρόστρομμ' ἀφερτον ἐνθείς.  
λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν τὸν δ' ἐπίστροφον  
τῶνδε

φῶτ' ἀδικὸν καθαιρεῖ.  
οἶος καὶ Πάρις ἐλθὼν

Stroph. I.

De Jovis ictu est ut dicant;  
licet hoc quidem investigari: in-  
stituit ut perfectit. Negabat non-  
nemo, a quo non tangendarum  
rerum decus calcaretur, deos se  
dignum habere mortalium curam  
gerere: at ille erat vir impius.  
Apparuit autem usque ad poste-  
ros eorum, qui non audendarum  
rerum cupidinem justo majorem  
spirarent, domo nimis ultra opti-  
mum modum affluente; quod  
esto miseria vacuum, ita ut et  
prosit viro bonae mentis com-  
poti: non enim habent divitiae  
praesidium viro, qui per super-  
biam magnam justitiae aram us-  
que ad (ipsius) exitium concul-  
caverit.

Antist. I.

Urget autem audax suada,  
noxae consultrix filia non feren-  
da: remedium vero omnino irri-  
tum: non latuit, immo conspi-  
cum est lumen horribile fulgens  
damnum: is enim mali aeris in-  
star et atterendo et comparando  
atra auri pars (cum auro) con-  
creta est judicatus, quum perse-  
quatur puer volatilem avem, urbi  
postquam non tolerabilem affli-  
ctionem intulit. Preces jam nemo  
deorum axaudit: in his vero (fa-  
cinoribus) versantem virum in-  
justum tollit (deus). Qualis et  
Paris quum in Atridarum domum

1. Flor: τοῦτ' ἐξιγνεῦσαι.

2. Libr: ὡς ἐπραξεν ὡς ἔκραεν. Herm. prius ὡς delevit.

3. Libr: πέφανται δ' ἐγγόνους.

4. Flor: ὡς ἀπαρκεῖν. Farn. et Vict: ὡς ἀπαρκεῖν.

400. ἐς δόμον τὸν Ἀτρειδᾶν,  
ἤσχυε ξενίαν τράπεζαν κλοπαῖσι γυναικόσ.  
στρ. β'.
- λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀπίστορα;
405. κλόνουσ λογγίμουσ τε καὶ ραυβάτασ ὀπλισμοῦσ,  
ἀγουσα τ' ἀντίφερον Ἰλίῳ φθοράν,  
βέβακε ῥίμψα διὰ πυλᾶν,  
ἀτλητα τλᾶσα πολλὰ δ' ἔστερον  
τόδ' ἐνέποντεσ δόμων προφῆται
410. ἰὼ ἰὼ δῶμα καὶ πρόμοι  
ἰὼ λέγουσ καὶ στίβοι φιλόνορεσ.  
πάρεστι σιγᾶσ ἄτμοσ ἀλοῖδοροσ  
ἀδιζοσ ἀφεμένων ἰδεῖν.  
πόθῳ δ' ὑπερποντίασ
415. φάσμα δόξει δόμων ἀράσσειν.  
εὐμόρφων δὲ κολοσσῶν  
ἐχθεταί χάρισ ἀνδροῖ  
ὁμμάτων δ' ἐν ἀρχαῖαισ ἐρεῖ πασ Ἀφροδίτα.  
ἀντ. β'.
420. ὄνειρόφαρτοι δὲ πενθημόνεσ  
πάρεισιν δοκαί<sup>1</sup>) φέρουσαι χάριν ματαίαν.  
μάταν γάρ, ἐντ' ἂν ἐσθλά τισ δοκῶν ὄραῖν,  
παρᾶλλάζασα διὰ χειρῶν,
425. βέβακεν ὄψισ οὐ μεθύστερον  
πτεροῖσ ὀπαδοῖσ ὑπνου κελεύθοισ.  
τὰ μὲν κατ' οἶκουσ ἐφ' ἐστίασ ἄρη  
τάδ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα.  
τὸ πᾶν δ' ἄψ' Ἑλλάδοσ αἰασ συνορμένοισ
430. πένθειμ τλησικάρδιοσ  
δόμων ἐκάστου πρῆπει.  
πολλὰ γοῦν θιγγάει πρὸσ ἠπαῶ  
οὐσ μὲν γάρ τισ ἐπεμψεν  
οἶδεν, ἀντὶ δὲ φωτῶν
435. τεύχη καὶ σποδοσ εἰσ ἐκάστου δόμουσ ἀφικνεῖται.

venisset, mensam hospitalem rapta muliere violabat.

### Stroph. II.

Postquam reliquit autem (Helena) civibus clipeatorum et hastatorum tumultus et nauticos apparatus ferensque dotis loco Trojae ruinam abiit raptim per portas non audenda ausa: multa vero gemebant hoc augurantes aedium vates: eheu eheu domum, domum et principes, eheu torum et tramites amatorios . . . . .  
. . . . . ex desiderio enim (uxoris) trans mare vectae imago ejus in aedibus regnare videbitur (Meneleao); venustarum autem statuarum gratia marito invisae est facta, nam oculis deficientibus omnis venus evanuit.

### Antist. II.

Adsunt imagines per somnum visae, luctuosae, gratiam ferentes vanam; frustra enim visa imago, si quis jucunda videre opinans (gaudet), elapsa e manibus abiit paulo post alis prosequentibus somni vestigia. Dolores quidem in domorum penetralibus hi sunt hisque majores. In universum vero e Graeca terra simul profectis luctus miser domus uniuscujusque conspicuus est. Multa quidem pungunt circum praecordia: quos enim aliquis miserit novit, pro viris autem urnae et cinis in cujusque domum adveniunt.

1. Libr. δόξαι. Herm. emend: δοκαί.

στρ. γ'.

ὁ χουσαμοιβὸς δ' Ἄρης σωμαίων  
καὶ ταλαυνῆχος ἐν μάχῃ δορὸς

440. πυρωθὲν ἐξ Ἰλίου

φίλοισι πέμπει βραχὺ

ὑψῆγμα δυδάρκρυτον ἀντήρορος σποδοῦ γειμίζων  
λέβητας εὐθέτου.

445. στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄνδρα τὸν μὲν ὡς

μάχης ἴδρις, τὸν δ' ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντ'

ἀλλοτρίας διαὶ γυναικός· τάδε σῆγά τις βαύ-

450. ζει. φθορερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἔρπει προδίκους Ἀτρείδαις.

οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τείχεος

θῆκας Ἰλιάδος γὰρ

455. εὐμορφοὶ κατέχουσι ἐρήθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυπτεν.

ἀντ. γ'.

βαρεῖα δ' ἀστῶν φάτις ξὺν κότῳ

δημοκράτου<sup>1</sup>) δ' ἀρᾶς τίνει χρεός.

μέμει δ' ἀκοῦσαι τί μου

μέμνημα νικητρεφές.

460. τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ ἄσκοποι θεοί. κελαιναὶ

δ' Ἐρινύες χρόνῳ

τυμηρὸν ὄντ' ἀνευ δίκαος παλαιτυχεῖ

465. τριβᾶ βίου τιθεῖς ἀμαυρόν, ἐν δ' ἀλ-

στοις τελέθοντος οὐτις ἀλλά τὸ δ' ὑπερκότως κλύειν

470. εὐ βαρὺν βάλλεται γὰρ ὄξυν<sup>2</sup>) Λιόθεν κεραυνός.

κρίνω δ' ἀφθορον ὄλβον.

μήτ' εἴην πολυπόρθης

μήτ' οὐν αὐτὸς ἀλοῦς ὑπ' ἄλλων βίον κατιδοίμι.

επωδός.

475. πυρός δ' ὑπ' εὐαγγέλου

πόλιν διήκει θοά

βάξιν οὐδ' ἐτητύμως

### Stroph. III.

Mars enim auro commutans corpora et libram tenens in pugna hastae Troja amicis combustum tenue ramentum lacrimabile mittit pro viris cinere implens urnas bene condito. Et gemunt virum laudantes hunc ut pugnae gnarum, illum inter caedem ob alienam mulierem honeste procumbentem. Haec tacite quis mussitat; invidiae autem plenus dolor subrepat Atridis justitiae vindicibus. Alii vero istic decori (juvenes) circa murum Iliacae terrae loculos obtinent obtinentesque hostilis terra condidit. —

### Antist. III.

Sed gravis est civium rumor cum indignatione: imprecationis autem, quam populus ratam facit, culpam persolvit (is quem civium rumor persequitur): mihi vero cura aliquid nocte conditum audiendi remanet, nam dii eos qui multos occiderunt non negligunt. Atrae autem furiae aliquando injuste felicem cursu vitae contrario debilem reddunt, et inter perditos versantis nulla est vis: etiam cum nimia invidia laudari est grave, acre enim fulmen a Jove conjicitur; felicitatem vero invidiae (Jovis) non obnoxiam esse judico. — Neque urbis expugnator esse neque (igitur) ipse captus sub aliis vivere velim.

1. Libr: δημοκράτου. Pors. emend. δημοκράτου.

2. In codd. scriptum est: ὄσσοις. Schoemann. ὄξυν bene emendavit in indice scholarum univ. Gryphisv. sem. 1854—55. hab.

- τις οἶδεν, ἢ τι θεῖόν ἐστιν ἢ ψύθος.<sup>1</sup>)  
 τίς ὧδε παιδνός ἢ φρενῶν κεκοιμμένος,  
 480. φλογός παραγγέλμασιν  
 νέοις πυρωθέντα καρδίαν, ἔπειτ'  
 ἀλλαγᾶ λόγου καμῖν;  
 γυναικὸς αἰχμᾶ πρέπει  
 πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναιέσαι.  
 485. πιθανός ἄγαν ὁ θῆλυς ὄρος ἐπινέμεται  
 ταχύπορος· ἀλλὰ ταχύμορον  
 γυναικογήρυτον ὀλλυται κλέος.

### Epodus.

Ab igne quidem laeto urbem celer rumor pervagatus est; neque certo quisquam scit, num quid divini sit an fraus. Quis tam puerilis aut mente captus sit, ut animo recentibus flammae nuntiis incenso deinde mutato rumore dolere velit? Est feminae prosperum antequam apparuerit praedicare successum. Nimis ad persuadendum prona muliebris opinio gressu grassatur celeri, sed celeri perit fato a muliere perlata fama.

Carminis oeconomia haec est: Tristissima Trojae ruina descripta (vv. 355—362), chorus hanc ruinam violati hospitii supplicium esse a Jove de Paride Trojanisque sumtum summa deorum reverentia confitetur: deos enim maximam rerum humanarum curam gerentes injustissimum quemque factarum injuriarum ira minime vero partarum divitiarum invidia commotos poenis persequi gravissimis (vv. 362—399). — Jam in altera stasimi parte clades percensentur, quae Paridis Helenaque culpa Graecis inflictae sunt; nam vv. 399—404 de Paridis, vv. 405—409 de Helena culpa disseritur; vv. 411—427 de calamitate Menelai domui illata, vv. 428—450 de maximis doloribus, quibus strages in Graecorum castris edita parentes cognatosque domi relictos affecerit, vv. 451—470 de invidia Atridis tam calamitosi belli auctoribus conflata: rebusque ita se habentibus chorus vv. 472—475 e tali bello se neque victorem evadere velle neque in eo inferiorem esse profitetur. Quum de perlata Trojae eversione haec sententia dicta sit, chorus in tertia stasimi parte gravitate rei permotus et futurarum rerum anxius vehementer timet, ille nuntius vv. 351—354 jam pro explorato habitus ne non verus sit; quo timore proximo demum diverbio liberatur.

Itaque deos hominum scelera summis suppliciis persequi — impios esse, qui hanc deorum curam negent — falli qui deos hominum divitiis et felicitati invidere credant — summa est primi stasimi sententia, in qua ita versatus est poeta, ut de divino numine docuerit et quid ipsi fuerit persuasum et quid aequales falso et perverse statuere visi sint. — Primum enim a diis sceleratos eorumque socios puniri in prooemio legimus inde a v. 357 ita:

1. Recepimus praeclaram emendationem Schoemanni. Codices habent:  
 εἰ δ' ἐπητύμως — τίς οἶδεν; ἢ τοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος;



ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες στέγανον σῆq.

et initio strophae primae: Διὸς πλαγὰν ἔχουσιw — et v. 396: τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε φροτ' ἀδικῶν καθαρῶϊ.

Atque Agamemnonem Jovis vindictam manere, quia Martis nimis studiosus filiam mactaverit et tot Achivos morti dederit v. 460: τῶν πολιτῶν γὰρ οὐκ ἄσκοποι θεοὶ κλαίναϊ δ' Ἔρινύες χρόνον τυχηρὸν ὄντ' ἀνευ δίκας — — τιθεῖς ἀμαυρὸν σῆq. — Deinde impios esse, qui hanc hominum curam a diis geri negent v. 396:

οὐκ ἔφα τις θεοῦς βροτῶν ἀξιῶσθαι μέλειν,  
ὅσοις ἀθίκτων χάρις  
πατοῦθ'· ὃ δ' οὐκ εὐσεβής. —

Tum denique sententiae Aeschyli aetate perquam vulgatae: homines divitiis pejores fieri deorumque invidia concitata in perniciem detru-di, quam Herodotus expressit ita: τὸ θεῖον πᾶν φθονερόν τε καὶ ταραχώδες<sup>1</sup>) suam opponit poeta v. 471: κρίνω δ' ἄφθονον ὄλβον et v. 379: ἔστω δ' ἀπήμαντον ὥστε καταρκεῖν ἐν πραπίδων λαχόντα.

Omnia vero mala hominibus ex occaecati animi audacia pessima quaeque suadente atque sanctissima contrectante exoriri (cf. v. 385 sqq: βιάται δ' ἄ τάλαντα περὶθῶ); hanc deos et odisse et punire; hac abreptos Paridem et Helenam, Menelaum et Agamemnonem interitu suo poenas et dedisse et daturus esse. — Videamus singula. —

v. 355. νύξ φίλια

Imaginem calamitosae noctis, qua Trojam captam esse constat, Euripides in Hec. v. 914 sqq. depingit. Cf. Tryph. ἀλ. ἱλ. v. 559 sqq. et 664 sqq. — A senibus nox, quae Trojanis pestifera erat, Achivis amica vocatur, quae significatio adjectivi φίλιος non perraro in tragicorum fabulis legitur, ut in Eur. Hec. v. 858: τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλιον ἡγεῖται στρατός. De passiva et activa significatione adjectivorum φίλος et φίλιος et eodem modo utrumque apud tragicos differre quo ξένος et ξένιος, ἐλευθέρος et ἐλευθέριος, καθαρὸς et καθάρως exposuit Seidler. ad Eur. Troad. v. 243.

v. 357. ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες

Homericum ὅστε tragicī poetae plerumque in carminibus, ubi chorus aliquem sollemnibus verbis invocat, usurpant. Ita in Aesch. Sept. v. 140. καὶ Κύπρις ἄτε γέ-ρους προμάτωρ, ibid. v. 1056. Κῆρες Ἐρινύες, αἰτ' Οἰδιπόδα γένος ὀλέσατε, in Soph. Oed. R. v. 688. ὦ ἴναξ ὅστ' ἐμὰν γὰρ φίλαν ἐν πόνοις ἀλύουσαν κατ' ὀρθὸν οὖριςας, in Electr. v. 150. ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἐγὼ γε ἴεμω θεόν, ἄτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ αἰεὶ δακρυεῖς.

v. 358. ὧς μήτε μέγαν — μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι

Adjectivo μέγας hoc loco et saepius adulti significantur, quorum altior statura exiguitati nondum adultorum (τῶν νεαρῶν) opponitur. Ita Minerva Telemachum μέγαν appellat in Hom. Od. I. v. 301. μάλα γὰρ σφόδρῳ καλὸν τε μέγαν τε et in Xen. Cyneg. cap. IX. 8. τοῖς νέοις ὀππονунtur οἱ ἤδη μεγάλοι ita: οἱ μὲν νέοι τῶν νεβρῶν

1. libr. I. 32; cf. III. 40; VII. 46, 10.



οὕτως ἀλίσκορται οἱ δὲ ἤδη μεγάλοι χαλεπῶς. Contra μικροί saepius sunt nondum adulti, qui h. l. vocantur νεαροί, cf. Eur. Orest. v. 462. καὶ γὰρ μὲθρεψε μικρὸν ὄντα. — Poeta ut horribilem omnium incolarum internecionem verbis depingeret, non omnes occisos vel captos esse sed neminem neque adultos neque pubescentes interitum fugisse dixit; quo negativo dicendi genere ad sententiam augendam etiam infra usus est v. 472:

μήτ' εἴην πολιπόροθης  
μήτ' οὖν αὐτὸς ἀλοὺς ἐπ' ἄλλων βίον κατίδοιμι.

— Particula οὖν conclusionem e re factam indicat. Nam quum οἱ μεγάλοι rete illud transgredi non potuerint, sequitur ut minores natu multo minus ex illa difficultate sese expediverint; quam vim part. οὖν etiam v. 473 habet, in quo inest sententia: quodsi urbium expugnator esse nolo, efficitur ut multo minus ab aliis captus esse velim.

v. 360 et 361. ὑπερτελέσαι — μέγα δουλείας  
γάγγαμον ἄτης παναλώτου.

Schuetzius μέγα δουλείας dubitat an glossema sit, Stanlejus et recentiores ἄτης παναλώτου alteri genitivo δουλείας appositum esse, Hermannus, interpretatione verborum non addita, alterum genitivum ex altero pendere dicit. Sed δουλείας cum substantivo γάγγαμον unam, ex qua alter genitivus ἄτης pendet, efficit notionem, quam patria lingua interpretemur: ‚das grosse Jochgarn der Alles fangenden Ate.‘ Ita infra v. 1242: τὴν μὲν Θυέστου δαῖτα παιδείων κοειῶν ξινῆα et in Soph. Aiac. v. 54. ζύμικτὰ τε λείας ἀδαστα βουκόλων φρονήματα. Vide Seidl. ad Eur. Iph. T. v. 1113.

Quod h. l. Aeschylus dixit ὡς μήτε μέγαν μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι μέγα δουλείας γάγγαμον ἄτης id infra v. 1375 sine metaphora ita: ὡς μήτε φείγειν μήτ' ἀμύεσθαι μόνον, sed simili metaphora usus est in Pers. vv. 98—102:

φιλόφρων γὰρ ποτισαίνου-  
σα τὸ πρῶτον παρᾶγει  
βρότον εἰς ἄρκυας ἄτα,  
τόθεν οὐκ ἔστιν ἕπεκ θνα-  
τὸν ἀλύξαντα φηγεῖν,

et in Prom. v. 1081: εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης  
ἐμπλεγθήσεσθ' ἐπ' ἀνοίας.

Eandem legimus imaginem in Eur. Bacch. v. 368 sqq.:

ἦνίκα ἂν φοβερὸν φύγη  
θηράμ' ἔξω φιλακᾶς,  
εὐπλέκτων ἑπὲρ ἀρκίων, et in Phoen. v. 270:

ὃ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω  
λαβόντες οἱ μεθ'ὸς ἀναιμακτον γρόα, et in Or. v. 1315: στείχει γὰρ εἰσπεσοῦσα δικτύων  
βρόχους.

v. 362. Λία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι.

Αἰδεῖσθαι ubique apud tragicos significat ‚venerari‘ nusquam ‚implorare‘, quae

est Reisigii sententia in comment. crit. ad Soph. OC. p. 382 coll. enarrat. p. 186. — Primam Troicae ruinae causam hospitalitatem fuisse a Paride laesam poeta etiam v. 60. profitetur:

οὐτῷ δ' Ἀτρεΐως παῖδας ὁ κρείσσων  
ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος Ζεὺς.

v. 363. τὸν τὰδε πράξαντ

Apud Aeschylum demonstrativum ὄδε saepissime praegressa spectat, ut vices in una Promethei fabula: vv. 16. 51. 247. 249. 252. 293. 386. 393. 522. 524. 624. 626. 672. 738. 766. 769. 835. 871. 971. 990. (vid. Krueg. poet. Synt. §. 51. 7. 3.) Etiam ab Herodoto pronomina ὄδε, τοιόςδε, τοσόδε haud raro ad praegressa referuntur: cf. lib. I. 63. 101 extr. 141. 164 init. 171 init. 180 init. II. 38 extr. 76 (τῶν μὲν δὴ μελαινέων ἢ δ' ἰδέη), III. 138 (καὶ οὗτοι διὰ τοιόνδε πρῆγμα κατὰσκοποι ἐγένοντο) III. 18 extr. IV. 97 (καὶ τὰδε λέγειν φαίη τις ἂν με ἑμεωντοῦ εἴνεκεν, ὡς καταμένω) 133 (τῶν ὧν ὑμεῖς, τὰδε ποιῦντες, ἐκτός ἐσσεθε αἰτίας). V. 87 init. 93 init. — Apud Thucydidem hic usus rarior est nec observavimus nisi his locis: I. 71, 4. 143, 1. 5. II. 60, 4. 71, 3. 72, 4. III. 40, 6. 46, 2. IV. 64, 3. 87, 3. VII. 38, 1. — Formulas παράδειγμα τόδε, τεκμήριον τόδε, σημεῖον τόδε vulgo ad sequentia referri constat, sed in Thuc. libr. I. 2, 3. init. παράδειγμα τόδε ad praegressa referendum esse Krueg. in ed. Thuc. docuit contra ea quae de hoc loco Poppo disputavit in obs. crit. in Thuc. p. 177—184. — Apud Xenophontem τόδε ubique sequentia spectat. (V. Krueg. ad Anab. II. 1, 20.)

v. 364. τείνοντα πάλαι τόξον

τείνοντα i. e. ὃς ἔτεινε. Itaque τείναντα Aurati conjecturam a Blomfieldio receptam recte rejecit Hermannus.

v. 364—366. ὅπως ἄν — βέλος ἠλίθιον σκῆπτειν.

Conjecturas Burgesii in praef. ad Eur. Troad. ,σκῆπτρ βέλος ἠλίθα θεῖον', Porsoni apud Viddium ad Davesii Miscell. p. 621 ,σκῆπτρ βέλος ἠλιθῶσαν', Bothii ,βέλος ἠλίθιον σκεδάσειεν', quibus ultima parodi verba vexarunt, quod et spondeum ante catalecticam paroemiaci syllabam locum habere et ὅπως ἄν cum conjunctivo jungi posse negabant, Hermannus in elem. doctr. metr. p. 378. et in libr. III. cap. 4. de part. ἄν refutavit.

v. 365. μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄστρον

Vocabulo ,καιρός', quo non solum opportunum tempus sed etiam idoneus et certus finitusque locus significatur, (cf. Eur. Supp. v. 745. Thuc. IV. 54, 4. IV. 90, 3.) oppositum est ,ὑπὲρ ἄστρον', quod ex proverbio ,εἰς οὐρανὸν τοξεύειν' ortum translate de iis dici bene vidit Stanleius, qui aves petentes scopo praeterito sagittam in coelum mittant i. e. frustra quid agant. Itaque Jovis telum non frustra neque ante propositum finem neque trans sidera i. e. ultra finem adjici perhibetur. — Βέλος ἠλίθιον

σκήψειεν i. e. βέλος σκήψειεν ὥστε ἡλίδιον εἶναι prolepsis est et Graecis scriptoribus et latinis poetis usitatissima. Ita Xen. in Anab. I. 5, 8: *θαῦτον ἢ ὥς τις ἀν' ᾧέτο μετεώρων: ἐξεκόμισαν τὰς ἀμάξας*, (v. Krueg. ad h. l. et ejus gr. §. 57. 4.), Ovid. Met IV. 472: *inornatos laniavit diva capillos*.

vv. 367—370. Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν,  
 πάρεστι τοῦτο γ' ἐξιγχεῦσαι.  
 ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν.

Vulgatam librorum lectionem ὡς ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν' corruptam esse metro versus antistrophes ἄκος δὲ παμμάταιον, οὐκ ἐκρύφθη, qui est trimeter jambicus catalecticis satis indicatur. Conjecit male Stanleius: ὡς ἔπραξ' ὡς ἔκρανεν, quam conjecturam Schuetzius recepit non considerans spondeum altero pede trimetri non admitti. Pauvius probante Buttlero scribi jussit:

πάρεστι τοῦτο γ' ἐξιγχεῦσ' ὡς

ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν. At syllaba *αι* infinitivorum formae passivae (v. Lobeck. ad Soph. Ai. 191), nusquam activae (v. Matth. gr. §. 45.) a tragicis eliditur. Optime Hermannus in notis ad Humb. vers. Agam. prius ὡς delevit. — Sententiam loci nemo interpretum assecutus est. Heathius ἔχουσιν dativum et ἡμῶν mente addendum esse ratus ita interpretatus est: ‚Jovis plagam nobis dicendam habentibus hoc quidem investigare licet‘. Blomfieldius omnium librorum lectione audacius mutata

Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν — εἰπεῖν

πάρεστι τοῦτο καὶ ἐξιγχεῦσαι

legi et male Jovem pugilem cogitari vult, qui Trojanis letalem plagam intulisset. Schuetzius corruptam lectionem: ὡς ἔπραξ' ὡς ἔκρανεν servavit. — Sed Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν de Trojanis dictum est: Illi cladem ipsis a Jove factam habent quam dicant, in universum vero hoc quidem investigari licet: ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν i. e. egit (sc. Juppiter) ut perfecit; quae quidem verba intellectu difficillima et Clausenius falso reddidit: ‚perpessus est ut egit‘, et Hermannus in editione, quia aptum explicatum non praeberent, mutavit in ἔπραξαν ὡς ἔκρανεν. — At vero, ait poeta, qua mente Juppiter bello Trojano egerit, si cui forte antea minus apertum erat, urbe deleta in promptu est Jovem violato hospitii jure in Paridem Trojanosque etiam atque etiam vindicasse eademque usque ratione contra illos egisse, qua belli finem fecit.

vv. 370—372.

οὐκ ἔφατις

θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν

ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖσ' ὁ δ' οὐκ εὐσεβής.

Inter significationes, quae verbo ἀξιοῦσθαι esse possunt: ‚dignum haberi aliqua re‘, ‚se dignum habere aliqua re‘, ‚aliquid se dignum habere‘, ultima h. l. vindicanda est, quae ab Hermanno Aesch. Eum. v. 417 probatur, quocum conferas Herod. I. 199: *πολλὰ δὲ καὶ οὐκ ἀξιέμεναι ἀναμίσγεσθαι τῆσι ἄλλοις* et VII. 16: *Ἀρτάβαρος οἷα οὐκ ἀξιέμενος ἐς τὸν βασιλῆϊον θρόνον ἕζεσθαι*. — *Μίλω* vel *μέλωμαί* τινος est rarior et tragicorum proprius usus loquendi pro vulgato *ἐμοὶ μέλει* τινός vel *ἐμοὶ*

μέλειται τινος. Ita Eur. in Herc. fur. v. 772: θεοὶ θεοὶ τῶν ἀδίκων μέλουσι et Soph. in Electr. v. 343: δεινὸν γέ σοῦσαν πατρὸς οὐ σὺ παῖς ἔφυς — κείνου λελῆσθαι τῆς δὲ τικτοῦσης μέλειν, cf. Soph. Ai. v. 689. — Ἀθίκτων recte scholiastes interpretatur τῶν ἱερῶν, non tangendorum homini, quia tam sancta sunt, ut si tetigerit, laesurus sit; cf. a Blomfieldio Soph. OR. v. 891: ἡ τῶν ἀθίκτων ἔξεται ματάζων et Eur. Hipp. v. 652: λέκτρων ἀθίκτων ἦλθε· εἰς συναλλαγὰς. — Πατεῖν τι est metaphora tragicis poetis usitatissima, ut in Soph. Ai. v. 1335: τοσόδε μισεῖν ὥσε τὴν δίκην πατεῖν, Antig. v. 741: οὐ γὰρ σέβεις, τιμὰς γε τὰς θεῶν πατῶν, frag. Phaed. πόλις ἐν ἣ τὰ δίκαια καὶ τὰ σόφρονα λάγδην πατεῖται, Aesch. Eum. 110: καὶ πάντα ταῦτα λάξ ὁρῶ πατοῦμενα, Agam. 1193: ἀπέπτυσαν εἰνὰς ἀδελφοῦ τῷ πατοῦντι δυσμενεῖς. —

Cohaerent arctissime haec verba cum praegressis, quibus poeta Jovem bellum contra Trojanos agentem exhibuerat: eam demum esse veram divini numinis reverentiam, deos credere humanarum rerum curantes, qui de improbis supplicium sumant beent probos; qua sententia ductus Aeschylus versibus sequentibus de poena claudo pede nefarios veluti Paridem et Helenam persequente exponit et in universum Trojae excidium ad Jovem auctorem refert. Illam vero esse praecipuam divini numinis vim ac naturam non nostro soli poetae persuasum erat, sed hanc de diis persuasionem omnium Graecorum fuisse communem Euripidis et Sophoclis fabulis docemur, e quibus ad sententiam comprobendam hos locos juvabit contulisse:

Eur. Herc. fur. v. 772: θεοὶ θεοὶ τῶν ἀδίκων μέλουσι καὶ  
τῶν ὀσίων ἐπάειν.

Jon. v. 440: Ἀρετὰς δῖωκε καὶ γὰρ, ὅστις ἂν βροτῶν  
κακὸς πεφύκη, ζῆμιούσιν οἱ θεοί. cf. ibid. v. 1117.

Electr. v. 1349 sqq: διὰ δαίθερίας στείχοντες πλακὸς  
τοῖς μὲν μυσταροῦς οὐκ ἐπαρήγομεν.  
Οἷσιν δ' ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον  
φίλον ἐν βίῳ τῳ, τούτους χαλεπῶν  
ἐκλύοντες μόχθων σώζομεν  
οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω,  
μηδ' ἐπιθροκῶν μέτα συμπλείτω  
θεὸς ὧν θνητοῖς ἀγομεῖω.

Heracl. v. 388: ἀλλὰ τῶν φρονημάτων  
ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἁγαν ὑπερφρόνων. cf. ibid. 901—909.

Bacch. v. 385 sqq. ἀγαλίνων στομάτων  
ἀνόμου τ' ἀφροσύνας  
τὸ τέλος δυστυχία,  
ὁ δὲ τὰς ἡσυχίας  
βίωτος καὶ τὸ φρονεῖν ἀσά-  
λευτον μένει καὶ συνέχει  
δῶμα. Πρὸσω γὰρ, ἀλλ' ὅμως ναί-  
οντες ἑρῶσιν τὰ βροτῶν Οὐρανίδα. cf. ibid. 1301 et 1302.

ibid. 1324: εἰ δ' ἔστιν, ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ  
εἰς τοῦδ' ἀθρήσας θάνατον ἡγείσθω θεοῦς cf. 1340—1344.

Orest. 1361 sqq: Διὰ δίκας ἔβα θεῶν  
νέμεσις εἰς Ἑλέαν.  
Δακρύοισι γὰρ Ἑλλάδ' ἅπασαν ἐπλησε  
διὰ τὸν ὀλόμενον Ἴδαϊον  
Πάριον, ὃς ἀγαγ' Ἑλλάδ' εἰς Ἰλιον.

Cf. cf: Eur. Hec. 799 sqq. ibid. 1029 sqq. Supp. 504 et 511. Med. 157. Alc. 603—608.  
Troad. 887 sqq. et 867 sqq. — Atque hac divina malorum vindicta sublata dubium  
esse, dii num quid valeant, num sapiant, num omnino exstent: cf. Eur. Electr. 583:

πέποιθα δ', ἢ γρη' μηκέθ' ἡγείσθαι θεοῦς,  
εἰ τὰδικ' ἔσται τῆς δικῆς ὑπέριτερα.

cf. Iphig. A. 1034 et 1035; ibid. 1189. Herc. fur. 755. Andr. 439. Soph. Ai. 127—133:

τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν ὑπέροκτον  
μηδέν ποτ' εἴπης αὐτὸς εἰς θεοῦς ἔπος,  
μηδ' ὄγκον ἄρης μηδέν εἰ τινοσ πλέον  
ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλοῦτου βάθει.  
ὥς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν  
ἅπαντα τὰνθρώπεια: τοὺς δὲ σώφρονας  
θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακοῦς.

Soph. Philoct. 1035—1039; Antig. 1103 sqq: συντέμνουσι γὰρ  
θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.

Electr. 244—250: εἰ γὰρ ὁ μὲν θανῶν γὰρ τε καὶ οὐδὲν ὄν  
κείσεται τάλας,  
οἱ δὲ μὴ πάλιν  
δώσουσ' ἀντιφόνους δίκας,  
ἔρροι τ' ἂν αἰδῶς  
ἀπάντων τ' εὐσέβεια θνατῶν.

vv. 374—378. πέφανται δ' εἰς γόνους  
ἀτολμῆτων ἄρη  
πνεόντων μείζον' ἢ δικαίως,  
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφρου  
ὑπὲρ τὸ βέλτιστον.

Accusativus ἐγγόνους, quem cod. Farn. et ἐγγόνους, quem Vict. et Flor. habent.  
quum nulla sententia sit (nam Clausenius, qui interpretatus est: ,apparet per posteros' vix est dubium, quin nemini persuaserit) — varias conjecturas provocavit.  
Heathius πέφανται γ' ἐγγονοσ' scribi jussit et interpretatus est: ,Impia vero illa manifesta ostenditur progenies male audacium Martem spirantium magis quam justum erat'. At ἐγγονοι apud scriptores Aeschyli aetate nepotes sunt, nusquam in univ-  
ersum posterum, neque intelligitur, cur is qui res humanas a diis respici et scelera puniri neget, progenies male audacium vocetur; eadem de causa Blomfieldii conjectura



ἄφανται δ' ἔκγονος' rejicienda est, qui falso Diagoram atheum, Aeschyli aequalem, perstringi censet. Schuetzius cum Stanleio male conjecit ἔγγονους ἀτόλμητον' interpretans: ,manifestati sunt dii posteris Priami reliquorumque Trojanorum, bellum quod suscipere nefas erat, ultra id quod justum erat, spirantium'. Nam vocabulum ἔκγονος eam non habere, quam ei Schuetzius tribuit, significationem supra monuimus; deinde tertia persona pluralis ἄφανται pro πεφασμένοι εἰσί nullo loco probari potest, neque, quod unicum exstat in Eur. Hipp. 1255: κέκρανται συμφοράι, Elmsl. intactum relinquit, quum συμφορά scribi velit; denique mire dictum esset, non tam ipsis qui deliquerint quam eorum posteris deos manifestatos esse ultores; quare etiam Hermannii conjectura rejicienda est, quam in editione sua proponit: ἄφανται δ' ἔκγονους i. e. vindicta Jovis apparuit natis intolerabiliter Martem spirantium'. — At ἔκγονους cum Lachmanno in εἰς γόνους mutandum est, ita ut ordo sententiarum efficiatur hic: male facta a diis puniri apparuit usque ad posteros eorum, qui majorem quam fas erat martem spirarent; qua Jovis vindicta ipsos parentes multo acrius quam natos castigatos esse poeta praeclare indicat. —

Quum ἄρη πρέειν primum, bellum spirare', ut in Aesch. Sept. 64: φράσαι πόλισμα πρὶν καταγίσεια προῶς — Ἄρεως· βοᾷ γὰρ κύμα χερσαίων στρατοῦ cf. 116 et saepius; deinde ἄρης bellandi cupiditatem ut in Iliad. ρ' 210: Ἐκτορι δ' ἤρμοσε τεύχε' ἐπὶ χροί· δὴ δέ μιν Ἄρης — δεινὸς ἐνάλιος· πλησθεν δ' ἄρα οἱ μέλε' ἐντὸς — ἀλκῆς καὶ σθένους, in universum denique vehementissimam quamque cupidinem significet (cf. cf. Plut. Amat. P. II. p. 757. B.: τὸ μαχητικὸν ἐν ἡμῖν καὶ θυμοειδὲς Ἄρην κεκλήσθαι νομίζουσι, Atticist. in Villois. anecd. gr. p. 84: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἀγχιος καὶ ἀνήμερος Ἄρην πρέει λέγουσι, Cic. ad Quint. fr. III. 4: ,imprimisque ἄρη πρέειν Scaevola') — ἀτολμητων ἄρη πρέειντες h. l. vocantur, quibus rerum non audendarum vehementior est cupiditas. Itaque vulgata librorum lectione ,ἀτολμητων' servata rejiciendae sunt conjecturae Stanleji et Schuetzii: ,ἀτόλμητον' et Hermannii ,ἀτολμητων'.

v. 377. φλεόντων δωματων ὑπέρφεν ὑπὲρ τὸ βέλτιστον

Ad ὑπέρφεν, quod Hesych. s. v. ὑπεράγαν et Phryn. in Bekk. Anecd. gr. 69. ὑπὲρ τὸ φεῦ, οἷον ὑπερβαλλόντως καὶ ἐκπληκτικῶς, τὸ γὰρ φεῦ ἐπὶ ἐκπλήξεως τίθεται interpretantur, per epexegesin additum est ὑπὲρ τὸ βέλτιστον ,nimis ultra optimum', estque sententia: ex nimia optimum modum excedente affluentia opum vehementiores scelerum cupiditates Jovis vindictae obnoxias exoriri. Herm. scribendum esse conjecit ,ὄπερ τὸ βέλτιστον' et distinxit: ,ὑπέρφεν· ὄπερ τὸ βέλτιστον', nimis affluente opibus domo, quod est quidem praestantissimum'; perperam, quoniam quae opes nimiae nominantur, eadem praestantissimae praedicari non possunt.

vv. 379—380. ἔστω δ' ἀπήμαντον, ὥσε καὶ παρκεῖν  
εὐπραπίδων λαχόντα.

Editores καπαρκεῖν male καὶ απαρκεῖν ,sufficere vel satis esse' interpretati sententiam probandam non assecuti sunt. Nam quae Clausen. vertit: ,sit res libera a calamitate, ut ei qui sanae mentis est, sufficiat', quid sibi velint non perspicimus.



Schuetzius verba, quod non satis cohaerent, mirum in modum conjecturis vexavit, quas qui cognoscere cupit, ab eo petat; et Hermannus ut aptum efficeret intellectum, vocabulo ἀπήμαντον quam non habet dedit significationem ‚crimine vacuum‘. — Καπαρκεῖν ex καὶ ἐπαρκεῖν ‚prodesse‘ ortum est et ex eo pendet λαχόντα, nam ἐπαρκεῖν, ὠφελεῖν reliq. ejusd. gen. verba vulgo a tragicis ut in oratione pedestri cum accusativo junguntur (rarius ὠφελεῖν cum dativo, de quo v. Krueg. poet. Synt. §. 46. 8.). Ita Eur. in Orest. v. 803: εἴ σε μὴ ἔν δειναῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρκεῖω; cf. cf. Aesch. Prom. v. 507, Eur. Herc. fur. 584, Soph. Electr. 1005. — Verbis ἔστω δ' ἀπήμαντον cet. subjecta sunt verba ‚δῶματα φλεῖν‘ quae significant: sed domos opibus affluere calamitate vacuum existimator, ut et prosit viro sanae mentis compositi. Adversatur enim poeta aetatis suae opinioni: magnis divitiis homines depravari atque interire, ut in Pers v. 168: ἔστι γὰρ πλουτοῦς γ' ἀμειψῆς, ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς φόβος et in Agam. v. 431: κρίνω δ' ἄφθονον ὄλβον et ibid. v. 750 sqq.

vv. 381—383. οὐ γὰρ ἔστιν ἐπαλξίς  
 πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρῶν  
 λακτίσαντι μέγαν Δίκας βωμὸν εἰς ἀφάνειαν.

Particula γὰρ ad sententiam quae poetae menti obversatur referenda est: divitias, quamvis probo viro maximae utilitati esse possint, improbo viro nihil praesidii habere. — Πρὸς κόρον, quod cum λακτίσαντι εἰς ἀφάνειαν conjungas, significat ‚per‘ vel ‚secundum‘ superbiam, ut vulgo πρὸς βίαν per vim, πρὸς ἡδονὴν secundum voluptatem. Ita in Aesch. Pers. 569 πρὸς ἀνάγκαν, Choeph. 884 πρὸς δίκην, Prom. 208. 353. 592. 672. Agam. 876 πρὸς βίαν, ibid. 212 πρὸς τὸ κακτερόν, Soph. Electr. 369 πρὸς ὀργήν, ibid. 464 πρὸς εὐσέβειαν, Eur. Med. 773 πρὸς ἡδονήν.

vv. 385 et 386. βιάται δ' ἅ τάλαινα πειθῶ,  
 προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας.

Βιάται, quae est Homericæ forma nisi hoc loco nusquam in tragicorum fabulis lecta, eandem urgendi habet significationem, quam ἀναγκάζειν, cf. Eur. Heracl. 237: τρισσαὶ μ' ἀναγκάζουσι συμφορᾶς ὁδοί. —

Poeta postquam divitias scelerum causas esse negavit, de fonte expositurus, unde primum scelus homines in perniciem detrudens profluat, ad ‚πειθῶ animi persuasionem‘ transit, qua homines ad peccandum impelluntur; vocat eam Ἰατρῆς filiam, quod ex occaecata mente oritur, ‚προβουλόπαιδα‘, quod agendi est auctor. Προβουλόπαις enim nihil est aliud quam παῖς πρόβουλος i. e. filia quae consulit, quod ex aliis verbis similiter formatis perspicuum fit, veluti αἰνόπατερ in Aesch. Choeph. 318, Eur. Alc. 906 μονόπαις, Eur. Troad. 553 ἀμυροτόπωλος et quae ad h. l. Seidler. attulit e Theocr. XXV. 168 αἰνολέοντα, Nonn. IV. p. 87. αἰνογιγάντων, Anth. II. Steph. p. 250 αἰνόλυκον, ibid. p. 401 αἰνοτύραννος, Aristoph. Acharn. 635 χανοπολίτης, Arat. Dios. 392 μονόλυκος. Unde efficitur, ut Hermanni sententia de hoc loco ita disputantis: ‚Male haec a multis intellecta sunt. Urget, inquit, ut quis in perniciem ruat, audax suada, consultrix filia effrenata culpa. Nam semel admissa culpa suadet opus po-

tentiamque ad tuendum conferre quod injuria possidetur, subministratque ei rei consilia. Referuntur haec ad ea quae proxime praegressa sunt, diciturque suada πρόβουλος, quod ἐπαλξιν πλούτου quaerit', — falsa sit, nec Blomfieldio προβουλόπαις, quae posteris consulit' interpretanti assentiendum sit.

v. 387. ἄκος δὲ παμμάταιων

Is vero, qui fatali illi persuasioni obsecutus scelestum facinus perpetravit, deorum poenas non sacris neque libationibus precibusve adhibitis fugere potest:

οὐθ' ὑποκλαίων οὐδ' ὑπολείβων

οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν

ὄργᾶς ἀτενεῖς παραθέλει (vv. 69—71)

et λιτῶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν (v. 396).

vv. 388—393.

οὐκ ἐκρύφθη

πρέπει δέ, φῶς αἰνολαμπές, σίνος

κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον

τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς

μελαμπαγῆς πέλει

δικαιωθεῖς,

Abstractum σίνος, quod vocabulum apud tragicos nisi h. l. et Agam. vv. 561 et 734 non legitur, poeta pro concreto ὁ σίνος usurpavit eaque de causa adjectivum μελαμπαγῆς ad hoc relatum masculino genere posuit.

Verba κακοῦ χαλκοῦ τρόπον et Schuetzius et Hermannus de aere adulterino interpretantur; at aes vilius erat, quam cui vilius metallum admisceretur. Blomfieldius recte quidem loqui poetam de aere quod auro admixtum sit' censuit, sed ejus sententia nec per se satis perspicua est, neque apparet, quae sit notio vocabulorum μελαμπαγῆς (cui nigror concretus est'), τρίβῳ, προσβολαῖς.

Poetae observari videtur imago auri et aeris in unam massam concretorum, quae metalla ut misceantur, igne liquefiant, liquefacta confundantur, confusa congelentur necesse est, si quis aurum aere adulterare voluerit. Haec massa eodem modo μελαμπαγῆς dicitur quo Sept. v. 719 αἶμα μελαμπαγές, qui usus loquendi similibus nominum fictionibus comprobatur, veluti adjectivi μελαμβραφῆς. Cum autem massa auri et aeris concretorum sincerane sit an adulterina oculis judicari non possit, ad lapidem Lydium atteratur (τρίβῳ) colorque lineae in lapide Lydio factae cum colore lineae auro sincero in eo ductae comparetur necesse est (προσβολαῖς), ut dijudicetur (πέλει δικαιωθεῖς) sincera sit necne. At non massam aeris et auri, sed κακὸν χαλκὸν nigrum judicari dicit poeta. Recte quidem, sed quod de massa valet, etiam in singulas ejus partes cadit sive aureas sive aeneas. Nec cuiquam dubium esse potest, quin ingeniosior sit et gravior comparatio hominis scelesti cum aeneis partibus massae, quam cum ipsa massa, quam descripsimus, quia κακὸς χαλκός — i. e. prae auro vilis, ut Blomfieldius exposuit — causa est, cur massa nigra sit facta. Sententia denique totius imaginis haec est: non latuit, immo splendet horribile lucens scelestus;

ut autem malum aes attritu et comparationibus ad lapidem Lydium, non oculis ipsis per se nigrum judicari potest, sic homo scelestus non ipse per se, sed poenis demum, quas ab eo dii repetunt, (ἐπεὶ παῖς ποταρόν) malus cognoscitur. Quae imago ab Euripide paulum a nostro poeta dissentiente Med. vv. 516. sqq. illustratur.

ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν ὃς κίβδηλος ἦ  
τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὅπασας σαφῆ,  
ἀνδρῶν δ' ὅτῳ γῆ τὸν κακὸν διειδέναι,  
οὐδεὶς χαρακτῆρ' ἐμπέφυκε σώματι;

vv. 394—398.

ἐπεὶ

διώκει παῖς ποταρόν ὄρνιν,  
πόλει πρόστριμ' ἄφερτον ἐνθεῖς.  
λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν τὸν δ' ἐπίστροφον  
τῶνδε  
φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ.

Ποταρόν ὄρνιν διώκειν, inania captare in proverbium venisse locis allatis optime et copiose disseruit Stanleyus. Ejus minus recte Hermannus hanc vim esse opinatus est, ut inania sperasse dicatur *Paris*, quum se bello victorem fore crediderit, — sed injustus homo ater judicari dicitur, quod scelere admissio inanem captet spem effugiendi poenas deorum, qui precibus non auditis eum e medio tollant.

Τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε Blomfieldius recte eum esse, qui circa has res ver-setur, Hermannus et Schuetzius auctorem esse interpretantur, qui urbi illud ἄφερτον πρόστριμμα intulerit, sed significatio auctoris a vocabulo ἐπίστροφος videtur aliena esse. — Ex negativo οὔτις θεῶν ad v. καθαιρεῖ affirmativum ὁ θεός mente addendum est. (v. Matth. Gr. §. 634. 3.)

*Boeger.*

# *Schulnachrichten.*

---

## I.

### Chronik des Gymnasiums.

**D**as Lehrer-Collegium ist in diesem Jahre durch die Ascension des Prof. Haupt in die zweite (früher Pfefferkornsche) und des Dr. Boeger in die vierte (früher Hauptsche) Stelle, durch die Fixirung des Dr. Nasemann auf der siebenten (früher Boegerschen) Stelle, und durch die Berufung des Dr. Märkel vom Cadettenhause zu Culm in die Stelle des zu Ostern pensionirten und zu Michaelis verstorbenen Prorectors Prof. Guiard, theils wieder vervollständigt theils neu gekräftigt worden.

Immer dringender aber stellt sich bei der wachsenden Schülerzahl das Bedürfniss eines neuen Lehrers für eine zu errichtende Unter-Tertia heraus.

Der Anstellung eines solchen bedarf es auch für die vorläufig privatim errichtete Vorbereitungs-Classe (Septima). Diese ist unter Mitwirkung der städtischen Behörden, welche das Local gewähren, aus der Familien-Schule des zu Michaelis nach Stettin abgerufenen Cand. Kühne errichtet worden, und besteht aus 15 Schülern von 8—9 Jahren. Die Stunden werden von Lehrern des Gymnasiums ertheilt.



Am 25. Mai v. J. fand im grossen Hörsaal des Gymnasiums die feierliche Entlassung des Proectors Prof. Guiard Statt: unter allseitiger Anerkennung seiner verdienstlichen Wirksamkeit, welche im Namen der Schule von dem Director, seitens der Stadt von dem Herrn Bürgermeister Catholy, und im Auftrage der vorgesetzten Behörden von dem Königlichen Comptonats-Commissarius Herrn Sup. Schroeder ausgesprochen ward.

Am 14. Juni Vormittags von 10—12 Uhr hatten wir uns der Anwesenheit Sr. Excellenz des Herrn Ober-Präsidenten der Provinz Brandenburg Staatsministers Flottwell zu erfreuen, welcher den Angelegenheiten des Gymnasiums die gewohnte Theilnahme schenkte und in einigen Classen dem Unterricht beiwohnte.

Am 17. September leitete die mündliche Prüfung der Abiturienten als Königlicher Commissarius der Herr Provincial-Schulrath Dr. Kiessling. Um diese Zeit wurde die Stadt und die Umgegend von schwerer Krankheit heimgesucht. Noch an demselben Tage starb ein Schüler des Gymnasiums, der Quintaner Franz Eduard Gossow aus Wilhelmsburg bei Soldin, und am Abend dieses Tages der emerit. Proector Prof. Guiard. Bald darauf wurden dem Unterzeichneten binnen wenig Tagen drei Kinder begraben. So wurde das Semester mit Trauer beschlossen, und mit Trauer das neue Schuljahr begonnen.

## II.

### Verfügungen der vorgesetzten Behörden.

1. Potsdam den 13. März 1855. Nach der Bestimmung des Herrn Ministers der geistlichen Unterrichts- und Medicinal-Angelegenheiten sollen die Nachweisungen der persönlichen und dienstlichen Verhältnisse der Lehrer in Zukunft nicht mehr jährlich, sondern nur von drei zu drei Jahren eingereicht, und in den zwischen der Einreichung der Nachweisungen liegenden beiden Jahren nur kurze Anzeigen über etwa eingetretene Veränderungen erstattet werden.

2. Berlin den 7. Juni. Der Herr Minister der geistlichen, Unterrichts- und Medicinal-Angelegenheiten bestimmt unter dem 29. Mai, dass Schüler oder fremde Maturitäts-Aspiranten, welche sich zum zweiten Male bei Anfertigung der schriftlichen Prüfungs-Arbeiten oder bei der mündlichen Prüfung der Benutzung unerlaubter Hilfsmittel oder des Betrugs schuldig machen, nicht nur abermals von der Prüfung ausgeschlossen, sondern auch zu einer neuen Prüfung nirgends mehr zugelassen werden sollen.

3. B. d. 14. Juni, d. 16. Juli, d. 1. October, d. 15. December. Von 348 resp. 350 einzureichenden Exemplaren des jährlichen Schulprogramms sind an die Geheime Registratur des Königlichen Ministeriums der geistlichen, Unterrichts- und Medicinal-Angelegenheiten 166, und an das Königliche Schul-Collegium der Provinz Brandenburg 182 resp. 184 zu senden.

4. B. d. 5. Juli. Empfohlen eine von dem Musikdirector Gaebler componirte Festcantate zur Allerhöchsten Geburtstagsfeier Sr. Majestät des Königs.

5. B. d. 4. August. Über die Anmeldung von Civil-Eleven für den am 1. October d. J. beginnenden Cursus der Königlichen Central-Turn-Anstalt in Berlin.

6. B. d. 16. August. Es wird genehmigt dass in der Prüfungs-Commission, welche bei dem Gymnasium in Gemässheit der Circular-Verfügung vom 4. Mai 1846 besteht, an die durch den Abgang des Prof. Guiard erledigte Stelle der Proector Märkel trete.

7. B. d. 22. August. Eine von dem Dr. Brüllov in dem Verlag von G. Reimer in Berlin herausgegebene botanische Wandkarte wird auf höhere Anordnung als ein brauchbares Hilfsmittel der Veranschaulichung beim Unterrichte in der Pflanzenkunde empfohlen.

8. B. d. 15. September. Über eine am 25. d. M. zu veranstaltende Gedächtnissfeier des vor 300 Jahren geschlossenen Augsburger Religionsfriedens.

9. B. d. 5. November. In dem nächsten Jahresberichte ist über die Einrichtung und die Resultate des Privatstudiums der Schüler der beiden oberen Classen der Anstalt ein ausführlicher Bericht zu erstatten.

10. B. d. 7. November. Empfohlen der von Dr. Mushacke bearbeitete 'Preussische Schul-Kalender' für 1856, Verlag der Deckerschen Geheimen Ober-Hofbuchdruckerei.

11. B. d. 13. December. Der Herr Minister der geistlichen, Unterrichts- und Medicinal-Angelegenheiten hat die Bestimmung getroffen, dass bei Beurtheilung der Reife für die Universität die in dem Prüfungs-Reglement vom 4. Juni 1834 unter Lit. C. §. 28. enthaltene Bestimmung für jetzt nicht in Anwendung gebracht werden kann.

12. B. d. 24. December. Der vor Kurzem erschienene erste Band der deutschen Kaisergeschichte von W. Giesebrecht wird in Folge eines Ministerialrescripts besonderer Beachtung empfohlen.

13. B. d. 10. Januar 1856. Der Herr Minister der geistlichen, Unterrichts- und Medicinal-Angelegenheiten hat sich veranlasst gefunden, die Circularverfügung vom 25. Mai 1846 — betreffend die gleichmässige Auffassung und Anwendung der §§. 35. 36. und 39. des Abiturienten-Prüfungs-Reglements vom 4. Juni 1834 — in Erinnerung zu bringen.

Mittelst anderer Verfügungen wurden dem Gymnasium die Schulprogramme und folgende Bibliotheksgeschenke zugefertigt: Gumprecht, Zeitschrift für allgemeine Erdkunde, Band III, IV, V; Haupt, Zeitschrift für deutsches Alterthum, Band X, Heft 1 und 2; Crelle, Journal für Mathematik, Band 49 und 50; Firmenich, Germaniens Völkerstimmen, Lieferung 19; von der Hagen, Sammlung altdeutscher Heldenlieder aus dem Sagenkreise Dietrichs von Bern und der Nibelungen, zwei Bände.

### III.

#### Statistische Uebersicht.

Die Zahl der Schüler betrug	
im Sommerhalbjahr:	im Winterhalbjahr:
in Prima . . . . . 22	in Prima . . . . . 21
in Secunda . . . . . 28	in Secunda . . . . . 28
in Tertia . . . . . 57	in Tertia . . . . . 59
in Quarta . . . . . 45	in Quarta . . . . . 45
in Quinta . . . . . 34	in Quinta . . . . . 34
in Sexta . . . . . 39	in Sexta . . . . . 45
überhaupt 225.	überhaupt 232.

Aufgenommen wurden im Sommerhalbjahr 34, im Winterhalbjahr 32, überhaupt 66 Schüler.



Mit dem Zeugniß der Reife sind Ostern 1855 abgegangen:

1. Albrecht Alexander Johannes Germanicus Koeppel, 21½ Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Oderberg, 1¼ Jahr auf dem Gymnasium, 2½ Jahr in Prima: um in Berlin Pharmacie zu studiren.
2. Ernst Friedrich Otto Hartig, 20½ Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Röhrchen, 6 Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um sich in Greifswald durch Rechts- und Cameral-Wissenschaft für das Forstfach vorzubereiten.
3. Hermann Reinhold Nothnagel, 21¼ Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Mohrin, 3 Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um in Greifswald Rechts- und Cameral-Wissenschaft zu studiren.
4. Theodor Christlieb Pupke, 19¼ Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Ziebingen, 5 Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um in Berlin Theologie und Philologie zu studiren.
5. Christian Friedrich Gustav Böttcher, 18 Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Mohrin, 5 Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um in Berlin Theologie zu studiren.
6. Ernst Gustav Heinrich Schindler, 20 Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Königsberg i. d. N., 9 Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um in Berlin Philologie zu studiren.
7. Gustav Adolph Schenk, 20¼ Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Calenzig, 4 Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um in Berlin Theologie zu studiren.
8. Ferdinand Julius Theodor Schultze, 22½ Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Pyritz, 4½ Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um in Berlin Medicin zu studiren.

Zu Michaelis:

9. Franz Kunigk, 24 Jahr alt, katholischer Confession, geboren in Schönborn i. Pr., ½ Jahr auf dem Gymnasium, 3 Jahr in Prima: um in Breslau Theologie zu studiren.
10. August Friedrich Wilhelm Raabe, 22½ Jahr alt, evangelischer Confession, geboren in Güstebiese, 8½ Jahr auf dem Gymnasium, 2 Jahr in Prima: um in Berlin Theologie zu studiren.

Zu Michaelis musste einem Abiturienten das Zeugniß der Reife versagt werden. Das Ergebniss der jetzigen Maturitäts-Prüfung, in welcher 6 Schüler des Gymnasiums begriffen sind, wird im nächsten Jahresberichte mitgetheilt werden.

## IV.

### Lehrverfassung.

Nachdem die im vorigen Programm namhaft gemachten und dankbar anerkannten Vertretungen durch die Rückkehr des Lehrers Wolff aus der Central-Turnanstalt zu Berlin und durch die Anstellung des Dr. Märkel ihre Endschaft erreicht hatten, fand nach den Hundstagsferien folgende Vertheilung der Lectionen Statt:

## Vertheilung der Stunden unter die Lehrer im Winter-Semester 1855-56.

Lehrer.	Ord.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Summa.
1. Director <i>Dr. Nauck.</i>		8 Latein. 3 Griech.	3 Latein.					14.
2. Prorector <i>Dr. Märkel.</i>	I.	2Religion 4 Deutsch u.Philos. 2 Hebr.	2Religion 6 Griech. 2 Hebr.	2Religion				20.
3. Professor <i>Dr. Haupt.</i>	II.	3Griech.	5 Latein. 3Deutsch. 3 Gesch.	2 Latein.	2 Latein.			18.
4. Oberlehrer Mathem. <i>Heyer.</i>		4Mathem. 2 Physik.	4Mathem. 2 Physik.	4Mathem.	4Mathem.			20.
5. Gymnasiallehrer <i>Dr. Boeger.</i>	III.			7 Latein. 6 Griech. 3Deutsch.			5 Latein.	21.
6. Subrector Oberlehrer <i>Schulz.</i>	IV.				2Religion 6 Latein. 4 Griech. 3 Deutsch. 2 Franz. 2 Naturg.	2 Franz.		21.
7. Collaborator Oberlehrer <i>Niethe.</i>	V.				2 Gesch. 2 Geogr. 1 Schreib.	2Religion 8 Latein. 3Deutsch. 2 Gesch. 2 Geogr. 2 Schreib		24.
8. Gymnasiallehrer <i>Dr. Nascmann.</i>	VI.	2 Franz. 2 Gesch.	2 Franz.	2 Franz. 3 Gesch.			2Religion 5 Latein. 4Deutsch. 2 Geogr.	24.
9. Gymnasiallehrer <i>Wolff.</i>		2 Gesang I—IV. 4 Turnen I—VI.		2Zeichnen	2Zeichnen	4Rechnen 2 Naturg. 2Zeichnen 2Gesang V u. VI.	4Rechnen 2 Schreib. 2Zeichnen	28.

Die Lehrstücke sind durchgenommen worden, wie sie in dem eingereichten und von dem Königlichen Provincial-Schul-Collegium bestätigten Unterrichtsplane verzeichnet sind. Auf die nähere Angabe derselben muss ich hier theils wegen des mehrfachen Lehrerwechsels theils wegen Mangels an Raume verzichten.

## V.

## Oeffentliche Prüfung.

Donnerstag den 13. März Vormittags 8 Uhr:

## Gesang I. (Choral.)

Tertia: Religion. Prorector Dr. Märkel.

Griechisch (Xenophon). Dr. Boeger.

Quarta: Lateinisch (Nepos). Oberlehrer Subrector Schulz.

Geschichte. Oberlehrer Collaborator Niethe.

Secunda: Lateinisch (Vergil). Professor Dr. Haupt.

Französisch. Dr. Nasemann.

Prima: Deutsch. Prorector Dr. Märkel.

Physik. Oberlehrer Mathematicus Heyer.

## Gesang II.

Nachmittags 2 Uhr:

## Gesang III.

Sexta: Geographie. Dr. Nasemann.

Quinta: Rechnen. Gymnasiallehrer Wolff.

Reden der Abiturienten und die Erwiederungsrede im Namen der Zurückbleibenden.

## Gesang IV. (Motette.)

Der Director entlässt die Abiturienten.

## Gesang V. (Choral.)

Zu dieser Schulfestlichkeit werden hiermit im Namen des Lehrer-Collegiums Ein Wohllöbliches Patronat und die Behörden der Stadt, die geehrten Eltern und Angehörigen unserer Zöglinge, sowie alle Gönner und Freunde des Gymnasiums, ehrerbietigst und ergebenst eingeladen.

Freitag den 14. März wird das Winterhalbjahr mit der Censur sämtlicher Classen geschlossen.

Der neue Lehr-Cursus wird Dinstag den 1. April Vormittags 8 Uhr mit einer gemeinschaftlichen Morgenandacht im grossen Hörsaal eröffnet.

Die Prüfung der neu aufzunehmenden einheimischen Schüler findet den 25. März Morgens 9 Uhr in dem Local von Prima Statt. Zu der Prüfung der auswärtigen werde ich vom 26. März ab von 9—12 Uhr in meiner Wohnung bereit sein, auch über geeignete Pensionen Auskunft ertheilen. Zugleich bringe ich in Erinnerung, dass ohne die eingeholte Genehmigung des Directors von keinem Schüler eine Wohnung bezogen oder gewechselt werden darf.

Dr. Nauck,  
Dir. Gymn.



